

Berengarius Sabaterii de Regali Monte

Anno domini millesimo ducesimo nonagesimo nono, kalendis marci Berengarius Sabaterii de Regali Monte, constitutus in iudicio coram reverendo patre in Christo domino B. divina providencia episcopo albiensi, et venerabili ac religioso viro fratre Nycholao de Abbatis Villa de ordine predicatorum inquisitore heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputato, iuratus super sancta quatuor dei evangelia dicere meram et plenam veritatem super facto heresis de se ut de principali et de aliis vivis et mortuis ut testis nec celare veritatem nec immiscere falsitatem amore, gracia, odio, timore vel favore, diligenter interrogatus dixit et asseruit sub virtute prestiti iuramenti quod tempore illo quo Hugo de Chansi erat vicarius albigensis, quadam die de qua non recolit ut dicit dum ipse testis esset in molendino suo iuxta Regalem Montem, venit ad eum magister Armandus notarius tunc Regalis Montis dicens ei ex parte vicarii predicti quod veniret secum ad eundem vicarium, qui erat in boria Sicardi de Orto. Et dum ipse testis et magister Armandus [XXX r°] predictus simul venissent ad dictam boriā invenerunt ibidem Hugonem de Chansi vicarium predictum, magistrum Durantum de Lasala antiquiorem, Guillelmum de Mauriano, Sicardum de Orto predictum, Robertum de Sanlis prepositum condam Regalis Montis et Raymundum del Boc et socium eius hereticos. Tunc dictus Hugo de Chansi vicarius salutavit ipsum testem ac ipsum monuit et induxit quod flexis genibus adoraret dictos hereticos sicut et alie persone proximo nominate ibidem existentes. Tunc ipse testis et omnes alii predicti adoraverunt predictos hereticos flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum. Requisitus de tempore dixit ut supra. De die dixit se non recolere. De hora dixit quod fuit circa terciam ut sibi videtur. De loco et astantibus dixit ut supra. Requisitus si predicta adoratio fuit facta infra domum dictae borie vel extra in prato adiacente dictae borie dixit quod in prato.

Item dixit quod hoc anno prope festum Sancti Iohannis baptiste proxime preteritum dum magister P. de Mendencho procurator domini regis in senescallia carcassonensi et bitterrensi infirmaretur in boria sua dicta Cohart prope Regalem Montem ea infirmitate de qua obiit, quadam die de qua non recolit venit ipse testis ad visitandum dictum infirmum decumbentem. Et dum ipse testis intrasset cameram dicti infirmi invenit ibidem presentes coram dicto infirmo Raymundum Augerii civem albiensem, Guillelmum de Mauriano de Regali Monte et Raymundum del Boc et socium eius hereticos antedictos. Tunc Raymundus del Boc hereticus antedictus stans ad caput dicti infirmi accepit manus eiusdem infirmi iunctas inter manus suas, et dicebat dicti heretici quedam verba que ipse testis non intellexit ut dixit, et sic dictum infirmum volentem et petentem hereticaverunt et in sectam suam receperunt secundum modum hereticorum. Et interfuerunt hereticacioni predictae ipse testis, Guillelmus de Mauriano et Raymundus Augerii predicti. Facta hereticacione ipse testis et alii duo proximo dicti adoraverunt dictos hereticos flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum.

Bérenger Sabatier, de Réalmont

En l'an du Seigneur 1299, le jour des calendes de mars¹, Bérenger Sabatier, de Réalmont, placé judiciairement devant le révérend père en Christ, Monseigneur Bernard, par la divine providence évêque d'Albi, ainsi que la vénérable et religieuse personne, Frère Nicolas d'Abbeville, de l'ordre des Prêcheurs, inquisiteur de la perversité hérétique, délégué dans le royaume de France par autorité apostolique, a juré sur les quatre saints évangiles de Dieu, de dire l'entière et pleine vérité en matière d'hérésie, sur lui principalement comme sur les autres, vivants et morts, comme témoin, ni celer la vérité, ni insérer une falsification par amour, grâce, haine, crainte ou faveur. Diligemment interrogé, il a dit et a affirmé sous la garantie du serment prêté que, à cette époque où Hugues de Changey était viguier d'Albi, un jour qu'il ne se rappelle plus, à ce qu'il dit, alors que le témoin était dans son moulin tout près de Réalmont, Maître Armand, alors notaire de Réalmont, vint auprès de lui en lui disant de la part du viguier susdit de venir avec lui chez ce viguier qui était dans la ferme de Sicard Delort. Comme le témoin et Maître Armand susdit vinrent ensemble à ladite ferme, ils y trouvèrent : Hugues de Changey, viguier susdit, Maître Durant de Lassalle, le vieux, Guillaume de Maurian, Sicard Delort susdit, feu Robert de Senlis, alors prévôt de Réalmont, ainsi que Raymond Delboc et son compagnon, hérétiques. Alors, ledit Hugues de Changey, viguier, salua le témoin puis l'exhorta et l'incita d'adorer genoux fléchis lesdits hérétiques ainsi que les autres personnes susnommées qui étaient là. Alors, le témoin et toutes les autres personnes susnommées adorèrent lesdits hérétiques, genoux fléchis en disant « *Bénissez* », selon l'usage des hérétiques. Requis de dire l'époque, il a dit comme au-dessus. Sur le jour, il a dit qu'il ne s'en rappelait plus. Sur l'heure, il a dit que ce fut vers tierce, à ce qu'il lui semble. Sur le lieu et les personnes présentes, il a dit comme au-dessus. Requis de dire si la susdite adoration fut faite dans la maison de ladite ferme ou dehors, dans le pré adjacent de ladite ferme, il a dit dans le pré.

De même, il a dit que cette année vers la dernière fête de Saint-Jean-Baptiste², comme Maître Pierre de Mezens, procureur de Monseigneur le roi dans la sénéchaussée de Carcassonne et de Béziers, était malade de la maladie dont il mourut dans sa ferme dite Choart, près de Réalmont, un jour qu'il ne rappelle plus, le témoin vint rendre visite au-dit malade alité. Comme le témoin était entré dans la chambre dudit malade, il y trouva présents, devant ledit malade : Raymond Augier, citoyen d'Albi, Guillaume de Maurian, de Réalmont, ainsi que Raymond Delboc et son compagnon, hérétiques susdits. Alors, Raymond Delboc, hérétique susdit, se tenant à la tête dudit malade prit les mains jointes de ce malade entre ses mains, et lesdits hérétiques disaient des paroles que le témoin ne comprit pas, à ce qu'il dit. C'est ainsi qu'ils hérétiquèrent ledit malade selon sa volonté et sa demande, et qu'ils le reçurent dans leur secte selon l'usage des hérétiques. Furent présents à l'hérétication susdite : Le témoin, Guillaume de Maurian, et Raymond Augier susdits. Après que l'hérétication fut faite, le témoin et les deux autres personnes susnommées adorèrent lesdits hérétiques, genoux fléchis en disant « *Bénissez* », selon l'usage des hérétiques.

¹ C'est-à-dire, le 1^{er} mars 1300. Ce calendrier fixe le nouvel an à pâques.

² C'est-à-dire, le 30 août 1299.

Requisitus de tempore, die, loco et astantibus hereticacionis predicte dixit ut supra. De hora dixit quod de die fuit inter terciam et nonam ut sibi videtur, aliter plene non recolit determinate de hora.

Item dixit quod annus potest esse vel circa ut sibi videtur de tempore, aliter plene non recolit, fuit tamen antequam dictus magister P. de Medencho procurator predictus ultimo iret in Franciam, quadam die de qua non recolit misit dictus procurator magistrum Durantum de Lasala antiquiorem ad ipsum testem quod veniret ad loquendum cum dicto procuratore ad domum Guillermi de Mauriano de Regali Monte. Et dum ipse testis et magister Durantus predictus simul venissent ad domum Guillermi de Mauriano invenerunt ibidem dictum magistrum P. procuratorem et cum eo Guillerum de Mauriano predictum, P. Cabrerii de Regali Monte, Raymundum del Boc et socium eius hereticos, cuius nomen ignorat ipse testis ut dicit. Tunc ipse testis, monitus per dictum procuratorem, et omnes alii proximo nominati adoraverunt predictos hereticos flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum. Post que ipse testis [XXX v°] recessit dictis hereticis et aliis qui eosdem adoraverunt ut supradictum est remanentibus in dicta domo dicti Guillermi de Mauriano. Requisitus de tempore visionis et adoracionis predictarum, loco et astantibus dixit ut supra. De die dicit quod non recolit. De hora dixit quod fuit circa meridiem ut sibi videtur, aliter tamen plene non recolit ut dicit.

Hec deposuit anno et die proxime dictis coram domino episcopo et inquisitore predictis apud Albi in domo episcopali. In presencia et testimonio religiosi viri fratris Falconis de Sancto Georgio prioris albiensis conventus fratrum predicatorum, venerabilium virorum dominorum P. de Rosson prepositi ecclesie albiensis, Poncii de Sancto Iusto archidiaconi lumberiensis in predicta ecclesia, discretorum virorum dominorum Guillermi Sicredi officialis curie albiensis, Iohannis de Rocolis rectoris ecclesie de Rupe Curva dyocesis albiensis, et magistri Guillermi Raymundi de Alayrac canonici ecclesie Sancti Affrodissii bitterrensis, publici officii inquisitionis heretice pravitatis auctoritate sedis apostolice notarii, ac mei Bertrandi Vidille publici in tota senescallia carcassonensi et bitterrensi domini regis et dicti domini episcopi in civitate et dyocesi albiensibus notarii. Qui prefati duo notarii predictis omnibus interfuiimus et de mandato dictorum domini episcopi et inquisitoris hec scripsimus et recepimus.

Requis de dire l'époque, le jour, le lieu et les personnes présentes à l'hérétication susdite, il a dit comme au-dessus. Sur l'heure, il a dit que ce fut de jour, entre tierce et none à ce qu'il lui semble, autrement il ne se rappelle pas plus précisément de l'heure.

De même, il a dit que, il peut y avoir un an environ, à ce qu'il lui semble pour l'époque, autrement il ne s'en rappelle pas plus précisément, ce fut cependant avant que ledit Maître Pierre de Mezens, procureur susdit, aille une dernière fois en France, un jour qu'il ne se rappelle plus, ledit procureur envoya Maître Durant de Lassalle, le vieux, auprès du témoin pour qu'il vienne parler avec ledit procureur à la maison de Guillaume de Maurian, de Réalmont. Comme le témoin et Maître Durant susdit vinrent ensemble à la maison de Guillaume Maurian, ils y trouvèrent ledit Maître Pierre, procureur, et avec lui, Guillaume de Maurian susdit, Pierre Cabrier, de Réalmont, ainsi que Raymond Delboc et son compagnon, hérétiques, dont le témoin ignore le nom, à ce qu'il dit. Alors, le témoin, exhorté par ledit procureur, et toutes les autres personnes susnommées adorèrent le susdits hérétiques, genoux fléchis en disant « Bénissez », selon l'usage des hérétiques. Puis, le témoin quitta lesdits hérétiques. Les autres personnes qui les adorèrent, comme il été dit ci-avant, restèrent dans ladite maison dudit Guillaume de Maurian.

Requis de dire l'époque de la vision et de l'adoration susdites, le lieu et les personnes présentes, il a dit comme au-dessus. Sur le jour, il qu'il ne s'en rappelle plus. Sur l'heure il a dit que ce fut vers midi, à ce qu'il lui semble, mais autrement il ne s'en rappelle pas plus précisément, à ce qu'il dit.

Il fit cette déposition dans l'année et jour susdits devant Monseigneur l'évêque et l'inquisiteur susdits, à Albi, dans la maison de l'évêché. En présence et avec le témoignage de la religieuse personne, Frère Foulque de Saint-Georges, prieur du couvent des frères Prêcheurs d'Albi, des vénérables personnes, Messieurs Pierre de Rosson, prévôt de l'église d'Albi, Ponce de Saint-Just, archidiacre de Lombers dans la susdite église d'Albi, des distinguées personnes, Messieurs, Guillaume Sicre, officier de l'administration judiciaire d'Albi, Jean de Rocoules, recteur de l'église de Roquecourbe du diocèse d'Albi, et Maître Guillaume Raymond d'Alayrac, chanoine de l'église Saint-Aphrodise de Béziers, par autorité du siège apostolique notaire public de l'office de l'inquisition de la perversité hérétique, et de moi Bertrand Vidille, notaire public dans toute la sénéchaussée de Carcassonne et de Béziers de Monseigneur le roi et dudit Monseigneur évêque dans la cité et le diocèse d'Albi. Nous, les deux notaires susnommés, fûmes présents à la susdite déposition, et sur le mandat des-dits Monseigneur évêque et inquisiteur nous l'avons écrite et approuvée.